



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pretiosae Occvpationes Morientivm In Societate Iesv**

**Nádasi, János**

**Romae, 1657**

Cap. XXI. Alios orantes audiat æger.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45415**

tionibus colligantur æternitatis lucra ? Momentum vnde pendet æternitas !

## C A P V T   X X I.

*Occupatio est pretiosa, ut si ager orare ipse ore non possit, orantes alios audiat.*

Annuæ  
Lugdūn.  
Coll. Tu-  
ron. 1590.  
& 91.

Preces ho-  
rariæ co-  
ram ægro  
legi pos-  
funt.

13. Martii  
1632.

Possent  
aegro legi  
orationes  
Dominica,  
rum ex  
Diurno: &  
6. Decemb.

de S. N.  
colao, alio.  
rumque  
fectorum.

**I** Acobo Nouitio in paterna Domo ægro, vltima inter menstruas è tirocinio missas schedas hanc sententiam continebat: *Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus.* Iacebat interea ille, se Domini esse latus; cùm ecce suprema nox. in qua visam in cubiculo morientis latifical in usitati splendoris lucem narrauere duæ mulieres ægrum procurantes. Pro vltimo peregrinabundæ in æternitatem animæ propemptico, orat legi fibi clarâ voce, vt audiat, horarias preces: quod dum religiosè exequitur eius Parens (ad quem æger missus fuerat, ad nativitatem aëris benignitatem) recitatq; illa verba: *Beati omnes, qui confidunt in eo;* eadem constanti animo ac lingua repetentem Iacobum mortalis vita destituit: è qua nobis morientibus acclamat: *Beati omnes, qui confidunt in eo.*

**2** *P. Didacus Ruiz Hispali abiit vitâ. Quò magis enormous calculi vis hominem torquebat, eò ille gratiarum actiones exaggerabat magis: insomnes noctes Psalmis pronuncian-*

dis

dis impendens. Curabat sibi subinde voce, altà repeti quasdam orationes Ecclesiæ, illi tempori aptas, quibus excitari se ad pietatem non mediocriter sentiebat. Item animæ commendationem. Ad venæ deficientis nuncium cum gudio exclamauit: *O eternitatis dies, ecquando te conspicabor!*

3 Hæc omnia etiam tunc agenda, cùm æger sibi melius esse existimat. Sic enim vltima emorientis in cereo consumo lumenis lux luculentior esse consueuit; soletq; sæpè mortem iam proximam leuamenti quiddam præcedere. Arripiat tunc benedictum die Purificationis Beatissimæ Virginis cereum, eoq; in manu ardente sibi adhuc præsens petat coram se legi destinatas illi tempori formulas eliciendorum actuum fidei, spei, charitatis: commendationem animæ audiat: id agat quod in supremo articulo.

4 *P. Thomas Tzangi Iapon*, lento igne Nangafachi in Christiani nominis odium interiectus cùm expiraret, visum illi est pectus aperiri, & magna quædam flamma eximo pectore erumpens conspecta est volare in cælum. Aperiamus totum pectus, cor totum in morte: & flammas tam intus conceptas, quam ab ijs, qui circa nos sunt acceptas alto pectore hauriamus, & euibremus in cælum quantà possumus cordis vicinum, nobis Deum amantis flagrantia. Sunt qui

Flamma  
erumpens  
è pectore  
morientis.

Iacnato.  
riæ.

com-

completorium , vel psalmos aliquos , aut  
versus ad id selectos , vel alia id genus legi  
optent . quam in rem suppeditabo quædam  
capite vltimo .

## C A P V T   X X I I .

*Pater spiritualis , & fideles ad mortem usq; amici ,  
sunt pretiosa ægri occupatio , & adiumen-  
tum . id quod etiam in Ioannis  
Berchmanni morte elucet .*

I N Suprema illa necessitate maximè  
probatur charitatis vera germanitas .  
Cùm enim tunc nobis , & memoria deficiat  
eorum quæ legimus , alijsq; aliquando sug-  
gesimus , aut scripsimus ; & intellectus acies  
in affecto corpore obtundatur , adeòq; ipsa  
etiam voluntas reddatur segnior ; succedant  
verò ingrata quædam tædia , dolores , fessus , &  
ad nihil seriò attentus animus ; contra valen-  
tissimos tunc & ferocissimos dæmonis , hostis  
eà in acie diuturni , expertissimi , & sæpè vi-  
ctoris , insultus ; contra illas mentis nostræ  
tenebras , & fastidia , necesse est , vt spiritua-  
lis Pater , vel alias amicus ad id valdè ido-  
neus , abundè suppleat , & ea suggerat , quæ  
temporis illius adeò periculosi , vel pretiosi  
articulo primùm necessaria , deinde vtilia &  
idonea sunt ; vt quemadmodum iuratus eterne  
salu-